Ignatius &c.

1

AR: ac RP. MM: Guardiano Conventus Bieniecensis Ord. S. Franc: strict: observ:
Nobis in Xto Dilecto, Salutem in Dno — Noverit Paternitas Tua; Quia
Nos ex rationibus, et motivis, Nobis optime notis AR: Uladislaum Niewiarowicz
Presb. Diec: Nrae ad ~~Residen~~ Conventum Bieniecensem Paternitatis Tuae pro residentia tem-
porali transferendum et collocandum esse censuimus. Prout quidem per prae-
sentes literas Nras requirimus Paternitatem Tuam, ut praefatum AR: Niewi-
rowicz ad Conventum suum Bieniecensem pro residentia recipias, et super I-
psum, quoque progressus sedulo et inunctanter inspicias et invigiles, ac in omni ita
cum ipso disponas, ut cum hostilem et idoneum ad administranda Sacra-
menta agnoveris eadem celebrare permittas, [illegible] Eundem retineas,
et inobedientem vero et refragarium Mandatis, ~~[illegible]~~ Dispositionibus
Paternitatis Tuae, congruenter, et paterne praemoneas, coerceas, ac pu-
nias, Neque sub ullo quocunque praetextu e Conventu suo ~~discedere~~ Ipsi
exitum et discessum permittas nisi cognita et reprobata constanti ac
perfecta correctione praedicti Presbyteri, eaque per prius ~~[illegible]~~ Nobis de-
nuntiata: Ad quae praemissa exequenda, conscientiam Paternitatis Tuae
Onerando, plenam et omnimodam praesentes damus, et impertimur potesta-
tem ac facultatem. In quorum fidem &c. Dat Vilnae in Camera Curiae Nrae &c.
&c.